Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



potestis uenire. Dicebant ergo iudei. Numquid interficet se
ipsum quia dixit. quo ego uado. uos non potestis uenire.
Et dicebat eis. Vos deorsum estis. ego desuperius sum. Vos
de mundo hoc estis. ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis
quia morientur in peccatis uestris. Si enim non credideritis quia
ego sum. morientur in peccatis uestris. Dicebant ergo ei. Tu
quis es. Dixit illis ihc. Principium qui et loquor uobis.
Multa habeo de uobis loqui et iudicare. sed qui me misit
uerax est. Et ego que audiui ab eo hec loquor in mundo.
Et non cognouerunt. quia patrem eis dicebat deum. Dixit ergo
eis ihc. Cum exaltaueritis filium hominis. tunc cognoscetis quia
ego sum. Et a me ipso facio nichil. sed sicut docuit me pa-
ter hec loquor. Et qui me misit mecum est. et non reliquit me
solum. quia que placita sunt ei facio semper. Isa iv. loco
Diebus illis. Factus est sermo domini. libri Regum.
ad helyam thesbiten dicens. Surge et uade in sarepta
sydonis. et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri uidue
ut pascat te. Surrexit et abiit in sarepta. Cumque ue-
nisset ad portam ciuitatis apparuit ei mulier uidua col
ligens lignum. Et uocauit eam. dixitque illi. Da mi
chi paululum aque in uase ut bibam. Cumque illa pe-
geret ut afferret. clamauit post tergum dicens. Affer
mihi obsecro et buccellam panis in manu tua. Que
respondit. Viuit dominus deus tuus. quia non est panem
mihi quantum pugillus capere potest farine in ydria.
et paululum olei in lechyto. Ecce colligo duo ligna ut in
grediar et faciam illud mihi et filio meo ut comedamus
et moriamur. Ad quam helyas ait. Noli timere.
sed uade et fac sicut dixisti. Veruntamen in fac primum